

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Maria o  
cum uariis

Aue Maria, gracia plena Dominus tecum et cetera. Talibus namque decebat uirginem  
opignerare muneribus, ut esset gracia plena, que dedit celis gloriam, terris Deum  
pacemque refudit, fidem gentibus, finem uiciis, uite ordinem, moribus disciplinam.

Ieronymus in sermone de assumptione.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

decebat] dicebat v<sup>1</sup>; opignerare] opinerare (*cor. supra lin.*) M; dedit] reddidit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup>  
L<sup>2</sup>